



Acta Sancti Maximiliani

Maximilian war der Name eines Heiligen, der in Bischofshofen begraben wurde. Über seinem Grab errichtete man Anfang des 8. Jh. eine Kapelle. Seine Gebeine wurden 878 durch Bischof Pilgrim in den Dom von Passau übertragen. Um 990 nannte man ihn in einem Freisinger Missale „Märtyrer“, im 11. Jh. in einem Salzburger Missale „Bischof“. Erst die legendarische Lebensbeschreibung des 13. Jh. weiß, dass Maximilian aus Celeia stammte, Bischof in Lorch an der Enns war und um 284 als Märtyrer starb.

Maximilians Verhör fand am 12. März 295 statt. Weil er den Wehrdienst, der dem christlichen Glauben widersprach, verweigerte, wurde er von Prokonsul Dion zum Tode verurteilt.

Dion proconsul dixit: „Quis vocaris?“ Maximilianus respondit: „Quid *autem*¹ vis scire nomen meum? Mihi non licet militare, quia Christianus sum.“ Dion proconsul dixit: „*Apta*² eum!“ Cumque aptaretur, Maximilianus respondit: „Non possum militare; non possum malefacere. Christianus sum.“ Dion proconsul dixit: „*Incumetur*³!“ Cumque incumatus fuisset, *ex officio*⁴ recitatum est: „Habet *pedes*⁵ quinque, *uncias*⁶ decem.“ Dion dixit ad *officium*⁴: „*Signetur*⁷!“ Cumque resisteret Maximilianus, respondit: „Non facio; non possum militare.“

Dion dixit: „Milita, ne pereas!“ Maximilianus respondit: „Non milito. Caput mihi praecide; non milito saeculo⁸, sed milito deo meo.“ Dion proconsul dixit: „Quis tibi hoc persuasit?“ Maximilianus respondit: „Animus meus et is, qui me vocavit.“ (...) Dion ad Maximilianum: „Milita et accipe signaculum!“ Respondit: „Non accipio signaculum saeculi; et si signaveris, rumpo illud, quia nihil valet. Ego Christianus sum, non licet mihi plumbum collo⁹ portare (...)“ Dion dixit: „Milita et accipe signaculum, ne miser pereas!“ Maximilianus respondit: „Non pereo. Nomen meum iam ad dominum meum est. Non possum militare.“ Dion dixit: „Attende¹⁰ iuventutem tuam et milita! Hoc enim decet iuvenem.“ Maximilianus respondit: „Militia mea ad dominum meum est. Non possum saeculo militare. Iam dixi, Christianus sum.“ Dixit Dion proconsul: „In sacro comitatu¹¹ dominorum nostrorum Diocletiani et Maximiani, Constantii et Maximi¹² milites Christiani sunt et militant.“ Maximilianus respondit: „Ipsi sciunt, quod ipsis expediat¹³. Ego tamen Christianus sum et non possum mala facere.“ Dion dixit: „Qui militant, quae mala faciunt?“ Maximilianus respondit: „Ego non pereo; et si de saeculo exiero, vivit anima mea cum Christo domino meo.“

Dion dixit: „Sterne¹⁴ nomen eius!“ Cumque stratum¹⁴ fuisset, Dion dixit: „Quia indevoto animo¹⁵ militiam recusasti¹⁶, congruentem¹⁷ accipies sententiam¹⁸ ad ceterorum exemplum.“ Et decretum¹⁹ ex tabella²⁰ recitavit: „Maximilianum, eo quod indevoto animo sacramentum militiae recusaverit, gladio animadverti placuit²¹.“ Maximilianus respondit: „Deo gratias!“ (...)

Et hilari vultu ad patrem suum sic ait: „Da huic speculatori²² vestem meam novam, quam mihi ad militiam praeparaveras. Sic cum centenari²³ numero te suscipiam, et simul cum domino gloriemur.“ Et ita mox passus est. Et Pompeiana matrona²⁴ corpus eius de iudice eruit²⁵ et imposito in dormitorio²⁶ suo perduxit ad Carthaginem et sub monticulo²⁷ iuxta²⁸ Cyprianum²⁹ martyrem secus palatium³⁰ condidit. (...)

Deo gratias. Amen.



Kommentar

¹autem: (h.) denn

²apto 1: an die Messlatte stellen

³incumo 1: abmessen

⁴ex officio: von einem Beamten

⁵pes, pedis m.: ca. 30cm

⁶uncia,-ae f. : ca. 25mm

⁷signari: die Erkennungsmerkmale (d.h. eine Bleiplakette, die um den Hals gehängt wurde) erhalten

⁸saeculum,-i n.: die irdische Welt

⁹collum,-i n.: Hals

¹⁰attendo 3 +Akk.: auf etwas achten, etwas betrachten

¹¹sacer comitatus: kaiserliche Leibgarde

¹²Maximus = Galerius

¹³expedit: es nützt

¹⁴sterno 3, stravi, stratum: tilgen (aus der Liste der Wehrfähigen)

¹⁵indevoto animo: in deinem Starrsinn

¹⁶recusasti = recusavisti

¹⁷congruo 3,-grui: entsprechen

¹⁸sententia,-ae f.: Urteil

¹⁹decretum,-i n.: Beschluss

²⁰tabella,-ae f.: Protokoll

²¹Maximilianum gladio animadverti placuit: die Hinrichtung des Maximilianus mit dem Schwert ist beschlossen

²²speculator,-oris m.: (h.) Scharfrichter

²³cum centenario numero: mit hundertfacher Belohnung

²⁴matrona,-ae f.: Frau

²⁵eruo 3, erui, erutum: die Freigabe erwirken

²⁶dormitorium,-ii n.: Sänfte

²⁷monticulus,-i m.: Hügel

²⁸iuxta: neben

²⁹Cyprianus,-i m.: Tascius Caecilius Cyprianus, Bischof von Karthago und bedeutender Schriftsteller (erlitt 258 das Martyrium)

³⁰secus palatium: neben dem Palast